



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De clericis, si in demolendis sepulchris comprehensi fuerint. lxiii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

bra interficiunt, & capi non poterant, pœnitentiã pro homicidio eis iniungimus, nisi ipsi voluerint aliquid quod humanitatis est facere: & si presbyter est, nõ deponatur, ceteris tamen vitæ suæ diebus pœnitentiã agat.

De eadem re. Cap. LXI.

In Exodo dicitur.

SI infringens fur domum, siue effodiens fuerit inuentus, & accepto vulnere mortuus fuerit, percussor nõ erit reus sanguinis. Quod si orto sole fecerit, homicidiũ perpetravit, & ipse morietur. Si non habuerit quod pro furto reddat, venundabitur. Si inuentum fuerit apud eum quod furatus est, viuens, siue bos, siue asinus, siue ovis, duplum restituet.

De seruo qui fugerit dominum suum. Caput LXII.

Ex epist. Hierony.

EX epistola Hieronymi, ad Pacasium Alexandrinum. De seruo qui fugerit dominum suum interrogabatur, ille in illa fuga mortuus fuerit, vtrum liceret pro eo curare, an non. Hoc in diuinis libris non inuenimus prohibitum, sed tamen scimus ab apostolis firmiter præceptum, vt serui subditi sint in omni timore dominis: non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis. Et in Gangresis concilio ita scriptum est: Si quis seruum sub prætextu doli cultus doceat dominum proprium contemnere, vt detur ab eius obsequio, anathema sit. Vnde datur intelligi, quod si ille anathema meruit, qui docet seruum proprium dominum contemnere, & ab eius obsequio recedere, quanto magis ille qui dominum spernit, & eius seruitio se non noluerit? Sed tamẽ distantia est inter illum qui per superbiam fecerit, & illum qui per necessitatem coactus crudelitate domini sui.

De clericis, si in demoliendis sepulchris comprehensi fuerint. Cap. LXIII.

Ex cõcil. Toletan. s. ca. 45.

SI quis clericus in demoliendis sepulchris fuerit deprehensus: quia facinus hoc pro sacrilegio legibus publicis sanguine vindicatur, oportet in tali scelere proditum, & hereticarum ordine submoueri, & pœnitentiã triennio deputari.

De clericis aut monachis, si furtum fecerint. Caput LXIII.

Ex cõcil. Agathẽ. cap. 2.

SI quis clericus aut monachus furtum fecerit, quod potius sacrilegium dici potest, id censuimus ordinari.